

## P R A E F A T I O

res Christi, ipsi sibi factum in extremo die Mat. 25  
 judicaturus est: qui vel minimum rejecerit,  
 & illum absciderit à se; Christum utique à  
 se, & se ipsum consequenter à Christo absci-  
 disse censendus erit. Et, si *maledictus est, qui ma-*  
*ledixerit ei cui benedicit Dominus*; quemadmo-  
 dum in exemplo & typo omnium creden-  
 tium, Abrahamo, Gen. 12. 3. & illius progenie  
 Israël Num. 24. 9. nobis proposuit: quid  
 maledicentes intempestivè innocentibus,  
 nisi maledictionem sibi ipsis accersere & cu-  
 mulare poterunt?

12. Quanquam autem fieri potest, ut quamo-  
diu spe-  
rari  
potest,  
non nemo Caput & fundamentum, professi-  
one oris teneat, at non teneat opere; vel etiam  
opere externo teneat, nihil agens unde relictio-  
onem capitis aut fundamenti, amputatione  
dignam liceat concludere, at non teneat  
praxi & affectu cordis; vel etiam affectu aliquo  
inchoato & temporario teneat, at non teneat v.  
affectu satis sincero & radicato; vel affectu  
quidem & intentione cordis teneat, at tamen  
dicat aut faciat foris, unde per amputatio-  
nem ab externâ communione, etiam omni-  
moda à Christo abscissio, disciplina ratione,  
indicenda sit, sub conditione tacitâ, nisi melius  
intus habeat, quàm appareat foris, vel quod  
malè habet, per pœnitentiam corrigat: illud  
tamen semper manet; dum professione externâ  
oris atque operis, caput & fundamentum verum te-  
netur, contra internam etiam communio-  
nem

\*\*

nem